

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3254

Auteur(s) : Hugues de Sideville [particulier]

Bénéficiaire(s) : Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1164-1183]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

I. Hugues de Sideville fait don, du consentement de son fils Gautier, de l'église de Sideville et du « personnage ». Puis, au moment de prendre l'habit monastique en l'église de Saint-Wandrille, il cède au chambrier pour l'abbaye trois acres de terre tenus de lui par Hugues Du Val et le revenu de cette terre. Michel de Bosc, dont relevaient lesdites église et terre, consent à cette donation.

II. Confirmation de l'acte précédent par Gautier de Sideville, fils du donateur.

III. Rotrou, archevêque de Rouen, fait savoir que Hugues de Sideville a résigné entre ses mains son droit de présentation à l'église de Sideville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 94, p. 160-161.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir LOT, p. 160, n. 1.

Texte établi d'après a

I

Nouerint universi, presentes et futuri, quod ego Hugo de Sideuilla, pro salute anime mee et predecessorum meorum, dedi in elemosinam ecclesie sancti Wandregisili, assensu et concessu Walteri, filii mei, et aliorum amicorum meorum, et in perpetuum concessi ecclesiam de Sideuilla cum omnibus appenditiis suis et eiusdem ecclesie personatum et presentationem. Denique, in ecclesia beati Wandregisili assumens habitum religionis, dedi eidem ecclesie terram quam Hugo de Valle de me tenebat, uidelicet tres acras terre et redditum quem de ipsa terra mihi reddebat, scilicet sex minas auene in festo sancti Michaelis, tres capones et tres panes in natali Domini. Hunc uero redditum camerario ecclesie propter meam uestituram assignaui. Hanc autem donationem et ecclesie et terre ego Michael de Bosco, eo quod ecclesia et terra de meo iure et dominio esse dinoscitur, integre, libere et quiete, absque ulla reclamacione uel exactione in perpetuum concessi, et sigilli mei munimine confirmaui. Ex utraque parte testibus istis: Roberto de Mautevilla, Rogero Belecenture, Johanne preposito de Silletot, Waltero carpent[ario], Rad. camerario, Rogero Morin et multis aliis.

II

Notum sit — quod ego Walterus de Sydevilla confirmaui ecclesie Sti Wandregli omnia dona que pater meus Hugo eidem ecclesie donauit in perpetuum possidenda concessi, sicut carta ejus testatur, scilicet ecclesiam de Sydevilla et ejusdem ecclesie patronatum et presentationem... sigilli mei munimine presens scriptum confirmaui.

III

R., Dei gratia Rothomag. archiepiscopus, presentibus et futuris salutem — ad omnium notitiam volumus pervenire quod Hugo de Sidevilla, miles, jus presentationis quod habuit in ecclesia predictae ville in manu nostra resignavit. Nos eam ecclesiam monachis Sti Wandregli — salvo jure pontificali et parrochiali donavimus — et presenti scripto et sigilli nostri munimine eis confirmamus.